



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 24. S. Sabæ Ordinatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum V. S. Euthymio defuncto, videns pristinum illius Monasterii rigorem remisisse,
 A. C. 491. in Desertum ad Orientem recessit, ubi
 n. 12. gravissima cum Dæmone subiit certamina,
 n. 15. na, semper Victor. Elapso quadriennio
 cœlitus ei revelatur, Sedem ipsi in Ca-
 verna torrentis Cedron esse figendam.
 p. 238. Id contigit tempore illo, quo Martyrius
 Anastasio Patriarchæ Jerosolymitano suc-
 cessit, & Zeno Imperator Basilisco e vi-
 vis sublato Regnum repetiit, seu anno
 n. 48. 50. 478. S. Sabas initio annos quinque in il-
 la caverna solus fuit; tum vero multi
 n. 16. ad eum confluxere Discipuli. Itaque an-
 nos natus quadraginta quinque, cœpit
 animarum curam gerere, omnesque, qui
 ad eum veniebant, suscipere. Brevi con-
 gregata est familia virorum septuaginta,
 quorum aliqui novorum Monasteriorum
 Fundatores extiterunt. In medio Tor-
 rentis exiguum Oratorium, & Altare
 consecratum extruxit, & si Presbyter ad
 eum divertisset, rogabat, ut Sanctum ibi
 offerret Sacrificium. Tanta quippe erat
 viri sancti humilitas, ut ipse ordinari non
 sustineret.

§. XXIV.

S. Sabæ Ordinatio.

n. 19. Cum S. Sabæ Discipulorum numerus
 p. 145. usque ad centum quinquaginta ex-
 crevisset, quidam falsi Fratres ipsius Re-
 gimini

gimini se subducere cupientes Jerosoly-Sæculum V.
mam ad Patriarcham Salustum, qui Mar- A. C. 491.
tyrio successerat, se contulerunt, petie-
runtque, ut sibi Abbatem daret. Quæ-
sivit Patriarcha: *Unde es?* responde-
runt: *in Torrente deserto habitamus.*
Rursusque Patriarcha: *qualis est hic Tor-
rens?* ergo instanti Præfuli responde-
runt: *ille est, quem aliqui torrentem Ab-
batis Sabæ appellant.* Patriarcha: &
Abbas Sabas ubi est? responderunt: *non
est regendo huic Monasterio idoneus. Vir
rusticus est, & ne quidquam coram te re-
ticeamus: ipse Ordines non suscepit, nec
tulit, ut alii ordinarentur; quomodo er-
go Familiæ virorum centum quinquagin-
ta præesse poterit?* Quiritius Presbyter,
& Custos Crucis, qui loquentibus adsta-
bat, dixit: *An vos Sabam in hunc locum
suscepistis, vel ipse vos suscepit?* respon-
derunt: *ipse nos suscepit; sed postquam
auctus est Monachorum numerus, cum vir-
agrestis sit, regere nos non potest.* Patriar-
cha dixit: *Ite, mature, quid postuletis, pen-
sate, & cras redite.* Interea S. Sabam,
quasi aliud aucturus, vocari jussit. Voluit
etiam ipsius Accusatores adesse, & ipsis
spectantibus Presbyterum ordinavit. Tum ad eos conversus dixit: *Ecce Pa-
trem vestrum, & vestræ Lauræ Abbatem,
quem non homines, sed Deus elegit. Fe-
ci, quod mibimetipsi prodest, dum Dei E-*

E 3 lectio-

Sæculum V. *lectionem confirmavi.* Tum hos Mona-
A. C. 491. chos, S. Sabam, & Presbyterum Quiri-
tium sequi se jussos ad Lauram deduxit,
eorumque Ecclesiam dedicavit, quæ ex-
inde Theoctista, id est, a Deo ædificata,
dicta est. In Concha erexit Altare, quod,
subiectis multis Martyrum Reliquiis, con-
secravit. Id factum 12. Dec. Indictio-
ne XIV. anno primo Regni Anastasii, æ-
tatis S. Sabæ 53. JESU Christi 491.

Armeni in
Monasterio
S. Sabæ.

Eodem anno cuidam Armeno, nomi-
ne Jeremiæ, & duobus Discipulis ejus
Petro, & Paulo in Lauram susceptis, S.
Sabas parvum Oratorium concessit, ad-
dita facultate, ut Diebus Sabbati, & Do-
minicis Officium Divinum sua lingua per-
agerent. Cum ilsti plures sensim Arme-
nos ad se invitassent, exacto decennio
S. Sabas eosdem ex parvo Oratorio ad
Theoctistam transtulit, ut ibi Officium
suum recitarent, adjecto præcepto, ut
postquam Evangelium patrio sermone le-
gissent, tempore Oblationis in Ecclesiam
Græcorum transirent, & cum ipsis in san-
ctis Mysteriis communicarent. Id est;
primam Missæ partem, quæ ad instruc-
tionem est, separatim celebrabant, & ad
Sacrificium conjungebantur. (*) Quia
etiam ex illis Armenis non nulli Trisag-
ion cantabant cum Additione Petri
Fulo-

(*) Hæc Protestans omisit.

Fulonis: *Crucifixus pro nobis*; S. Sabas Sæculum V.
jussit, ut illud Græcis verbis secundum A.C. 491.
antiquam Ecclesiæ Traditionem sine Addi- p. 165.
tione cantarent.

Exinde duobus annis elapsis S. Sabas n. 27.
Monasterium una Leuca a Laura dælans
extruxit in loco, quod *Castel* dicebatur,
ferebaturque Dæmonum occursu infesta-
ri. Illic S. Sabas eos manere jubebat,
qui in Disciplina Monastica cœteris ma-
gis profecerant. Novitiis alendis par- n. 28.
vum ædificium habebat, jubebatque, esse
sub cura virorum, qui propriis affectibus
domitis alios regere valebant, donec
Psalterium didicissent, & Disciplinae Re-
gulari adsuevissent. Verum in dispersis
Lauræ Cellulis manere nemini nisi pro-
batissimis concedebat. Juvenes in Lau-
ram suam non suscipiebat, sed eos ad
Abbatem Theodosium mittebat, qui Mo-
nasterium sesqui Leuca a Laura ædifica-
verat, & quocum ei arctissima necessitu-
do intercedebat.

§. XXV.

S. *Theodosius*.

Theodosius quoque in Cappadocia na- *Vita S. Th.*
tus erat. Cum juvenis Lector fuis, ap. Boll. II.
set ordinatus, sacrorum librorum præle- Janu. c. I.
ctione permotus, statuit relicta Tellure
patria in Palæstinam proficiisci, illo tem-
pore quo Concilium Calcedonense cele-
bra-